Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Andreas Pauli

Themathorologia exhibens Radicum & Derivationis Terminationum Usum Vocibus Graecis Novi Testamenti distributis in duas partes: alterum Radicum, alteram Derivatorum & Compositorum declaratum

Lubecae: Hakelmannus, 1653

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn787618861

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn787618861/phys_0001
DFG

Pr. 890 p Ind

Fc 4205

Fc 4205.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn787618861/phys_0002
DFG

ΘΕΜΑΘΟΡΟΛΟΓΙΑ

exhibens

Radicum & Derivationis

Terminationum

USUM

Vocibus Græcis Novi Testamenti distributis in duas partes:

alteram

Radicum,

alteram

Derivatorum & Compositorum

declaratum

operâ

ANDREÆ PAULI

Wismarienſis.

Ex Bibliotheca Academica Rostochiensi

LUBECÆ

Excudebat Albertus Hakelmannus

Impenſis Autoris.

ANNO M. DC. LIII.

Universitäts Bibliothek Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn787618861/phys_0003

DFG

VIRIS

Amplissimis, Prudentissimis, Consultissimis, Nobilitate, Pietate, & Doctrina Præstantibus

Dnn.

CONSULIBUS

SYNDICO

ac

SENATORIBUS

Civitatis Wismariæ veris

Patriæ Patribus

&

Reverendis, Clarissimis, Doctrinâ & Pietate Præstantibus

Dnn.

SUPERATTENDENTI

PASTORIBUS

& reliquis ibidem Ecclesiæ

MINISTRIS

NEC

NEC NON

Literatissimis, Fidelissimis, Solertissimisq;

Dnn.

RECTORI

PRORECTORI

cæterisq;

PRÆCEPTORIBUS

Scholæ ejusdem

Civitatis,

Suis Dominis, Mecœnatibus, Patribus, Præceptoribus perpetuâ animi observantiâ

Colendis.

VIri Amplissimi, Prudentissimi, Reverendi, Clarissimi, Literatissimi, inter cœtera Glorioſissimi Imperatoris Caroli V. memoratu digna referunt Hiſtorici, quo-

ties urbem sui imperii ingressus rogavit, quis Curiæ Prætor, quis Ecclesiæ Pastor, minime rem se indignam, & infra imperatoriæ majestatis splendorem judicasse toties simul percontari, quis & Scholæ Præceptor. Quo dubio procul innuere voluit, non minoris interesse Reip. habere bene constitutam Scholam, quam Curiam & Ecclesiam: & verè. Nam progressu temporis unde petantur, qui dubiis Reip. temporibus erunt consulendi? qui à subditis in causis perplexis & difficilibus decidendis implorandi? unde Theologi, qui ad monitum Pauli 1. Tim. 3. irreprehensibiles, διδακτικοὶ apti ad docendũ, Tit. 1. tenaces fidelis illius sermonis, qui ad doctrinam facit, & possunt exhortari doctrinâ sanâ, ac con-

tradi-

tradicentes convincere? quibus qualitatibus ornati non ut tubera terræ unâ nocte ex terris naſcuntur; ſed manuductione Præceptorũ in Scholis fiunt. Tacitus ut præteream barbariem deſtructis Scholis circa reliqua ſtudia emerſuram: cujus fructus ingenium beluinum & Diaboli mancipium. Ad hæc avertenda ſubinde Deus Patronos Scholarum, qui ſuis ſumptibus illas erexerunt, ac de idoneis Viris proſpexerunt, excitavit: uti Gratianum, Theodoſium, Carolum Magnũ & alios Principes & Reſp. Cum autem ſubdolus ille Spiritus exploratum habeat, nullâ re ſuum regnum magis labefactari, quam bene conſtitutis Scholis, omnia ſua ſtudia, omnemq; operam, curam ac induſtriam etiam præ cæ-

teris in Scholarum destructionem intenta habet.

Nehem. 2. & seqq. legimus, judæos, quò crebrioribus insidiis adversus eos Sanaballat & Tobias, Præfecti Regis Persici, usi sint, hos in exstruendo muro, ceu medio hostibus se opponendi, ut impedirent, eò pertinacius propositum fuisse persecutos: & quidem conjunctis viribus. Accurrebant Principes, Sacerdotes, Levitæ, & universus populus, quorum quilibet pro ratione status, & facultatum in operis exstructionem suas operas conferebat. Alii, ne in opere occupati inopinantes ab hostibus opprimerentur, excubias agebant: alii ipsos muros exstruebant: alii lapides & ligna apportabant. Tantis conatibus opus aggrediebantur

tur Judæi, ne fierent præda hosti, quem tamen non nisi hujus vitæ calamitatem timebant: & nos parum erimus soliciti de medio, quo ablato certissima erimus præda illi, qui in supremum exitium & corpus & animam nostrã abducet? Meritò itaq; unius cujusq; nostrum erit suam curam pro virili ad id convertere, ut hoc medium contra insidias nostri hostis inconcussum nobis maneat. Scient Viri Scholarum Patroni, earumq; Inspectores incursionibus, quibus vaferrimus ille Spiritus hujus medii, h. e. Scholarum destructionem attentat, resistere, ut incorruptæ nobis serventur: scient Præceptores in id incumbere, ut discipulis de linguarum artiumq; studio, animo concepta difficultas exi-

matur, ardorque discendi in ipsis accendatur: permittent utriq; etiam alii, etiamsi speciali vocatione hoc munus ipsi non sit commissum, de hoc cogitationes suscipere, illasq; bonis arbitris justâ censurâ censendas offerendo unà cum ipsis suum studium in Scholarum ædificationem conferre. Quot autem ob judicia perversa, & morsus varios, quibus expositi sunt Scriptores rerum didacticarum, ab hoc studio deterrentur? præsertim hoc tempore, ubi licentia carpendi crevit in immensum, & ubique pene effrenis est prurigo invehēdi in illos, qui ultra ea, quæ ab avis, atavisq; hæreditario quasi jure ad nos delata, aliquid amplius sapiunt. Olim erant præmia, qui bono publico inservire studebāt:

hoc

hoc vero tempore scommata, quibus undiq; incessitur. Qui hujus seculi mores & me ferme à proposito abduxissent, nisi me revocasset severum illud Christi pronuntiatum in servum Matt. 25. à DEO sibi concreditum talentum defodientem. En itaq; hanc meam Themathorologiam in usum studiosæ juventutis. Ex usu hujus num fuerit, criticus dabit dies.

Vobis autem Viri Ampliſſimi, Prudentiſſimi, Reverendi, Clariſſimi, Literatiſſimi hunc meum laborem dicare viſum fuit, cùm quod ſcirem Vos optimè & candidiſſimè de eo judicare poſſe: tùm quod oblatam occaſionem voluntatis meæ benevolæ, mentisq; gratæ teſtimonium Vobis ob in me collata beneficia declarandi

randi sine certissimâ ingrati animi notâ à me prætermitti non posse judicarem. Si cui obstrictus, Vobis & Vestræ sum Reip. Hæc me educavit: hæc me in bonis literis Vestrâ curâ erudiendũ curavit. Vestrâ curâ *Viri Amplissimi*, *Consultissimi*, dum me puerum orbum parentibus tutelæ fideiq; virorum non idiotarum, sed Doctissimorum, qui unà cum Præceptoribus studiorum meorum rationem habere possent, tradidistis: quiq; plus, quàm paterno amore in me affecti in omnibus ita suo præfuerunt officio, ut meritò eorum memoriam observantiâ prosequar sempiternâ. Vestrâ curâ *Viri Reverendi*, *Clarissimi*, qui, quoties Vos, quorum aditus nunquã mihi fuit intercluſus, accessi, & re, & consilio

lio ad incepta studia persequēda me excitastis. Vestrâ curâ *Viri Literatissimi*, qui summâ fidelitate me puerum instituistis, unde ingenii mei culturam, quantulacunq; est, inter cœteros & Vobis debeam.

Munus quidem hoc chartaceum longe infra Vestram est dignitatem, quod tamen pro Vestra, quâ estis humanitate & propensione in hæc studia, non aspernabimini.

Agite itaq; Viri Amplissimi, Consultissimi, Reverendi, Clarissimi, Literatissimi benigno placidoq; vultu meum hunc juvandæ juventutis conatum suscipite, boni consulite, ut signum grati & memoris beneficii cognoscite, meq; Vestro favore prosequi & tueri persistite. Deus Pater

Domini noſtri Jesu Chriſti Vos verbi & Spiritus ſui luce regat, ſuppeditetq; conſilia CURIÆ, ARÆ SCHOLÆQUE ſalutaria, ne Diaboli ad hæc deformanda aut evertenda inſultus quicquã valeant. Quo in voto deſino, & favori veſtro me commendo. Dab. Lubecæ Cal. Januar. Anni ineuntis M. DC. LIII. cujus ingreſſum felicem, progreſſum feliciorem, exitum feliciſſimum Vobis animitus adprecor

V. V. V.

Obſervantiſſimus

ANDREAS PAULI
Wismarienſis, SS. Th.
Studioſus.

LE-

LECTORI CANDIDO SALUTEM.

POstquam de puritate linguæ sive Græcæ, sive Latinæ ut vernaculæ, hoc tempore locus nullus potest gloriari, in confesso est, has linguas jam comparari non nisi ex libris Autorum, eo tempore, quo dictæ linguæ floruerunt, conscriptis. Ad quas hoc modo comparandas, requiretur & industria Docentis, & diligentia Discentis. Docens ut methodicè sua proferat: Discens vero ea animo excipiat. Neutrum absq; altero, ex sententiâ si res agatur, consistet. Inter cætera, quæ requiruntur ad comparandas lingvas sunt etiam Vocabula: hæc cum in qualibet lingua innumera, (ne autem diutius justo Discentes in iis immorarentur & pene immorerentur; nec ob multitudinem eorum, quam una quæq;

lingua

lingua habet, à ſtudio linguarum deterrerentur,) Viri Didactici de Compendio, numne dari poſſet, quibus memoriæ ſubvenirent, cogitarunt. Quod dum aggreſſi contemplando naturam Vocabulorum, animadverterunt, horum in unaquâq; lingua quadruplicia eſſe genera: quorum alia Primigenia; alia Derivata: alia Simplicia; alia Compoſita. Horum naturam adhuc impenſius conſiderantes cognoverunt, Derivata, cum à Radicibus, ſive vocabulis Primigeniis non niſi ſignificationes accidentales conſtituendo discrepent, his cognitis ultrò innoteſcere. Similiter & Compoſita, cognitis Simplicibus. De hoc *M. Ezechiel Vogelius cap. 7. Didact. latinæ:* Cognitis vocibus Primigeniis, & Simplicibus, ultro & absq; difficultate cognoſcuntur Derivata & Compoſita: e. g. qui novit ſignificationem

nem verbi Doceo, ab eo Derivata quoq; intelligit, ut sunt Doctus, Doctor, Doctrina, Docilis, Docilitas. Sic à Scribo perspicuæ significationis Derivata sunt: Scriba, Scriptus, Scriptio, Scriptura, Scriptito. Sic qui intelligit nomen Ager & verbũ Colo, Compositum inde Agricola non ignorabit. Sic ex Simplicibus: Homo, Pater, Mater, Frater, Soror & Cædo, manifesta sunt Composita Homicida, Parricida, Matricida, Fratricida, Sororicida. Et *Johannes Scapula* in Epistola ad lectores Græcæ Linguæ, quam suo Lexico Græcolatino præmisit α 3. Primitivorum, quantocunq; fuerint numero, significationes assequi, quam non sit difficile, nemo ignorat: siquidem Derivata suorum Primitivorum vim sequi, Composita suorum Simplicium significationem retinere solent: non secus ac liberi parentum, ex quibus progeniti sunt, ingenium referre, surculi

furculi stirpium & radicum, ex quibus pullulant, naturam servare consueverunt. Hinc nullis pepercerunt laboribus in edendis vocibus Primigeniis: in Ebræa lingua Binjamin Mussaphia, Sebastianus Curtius: in Græcâ, Eilhardus Lubinus, Iohannes Starkius: in Latinâ Johannes Starkius, Christophorus Heidmannus, M. Ezechiel Vogelius, M. Iacobus Engelbrecht, & nuperrimè methodo singulari I. A. Comenius in Vestibulo Lat. Ling. ad leges methodi linguarum novissimè concinnato: in Germanicâ, idem Comenius dicto vestibulo annexis. Dicti hi Viri Radicum utilitatem ni perspectam habuissent, tantam curam & in iis colligendis & edendis minimè impendissent.

Utilitatem suam habere in Derivatis cognitionem Radicum vix quisquam negabit: tantam autem esse, datâ cognitione Radicum dari etiam significationem Derivatorum,

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn787618861/phys_0018
DFG

quot sunt, qui ut jactantiam inanem derident? Feriant autem hæcce, qui solas Radices ad hoc sufficere autumant: minime vero qui Derivationis Terminationes simul Radicibus conjungendas requirunt: uti ad oculos demonstrabitur.

Has Derivationis Terminationes in Latinis, ac illarum, quas habent in Derivatis significationes labore industrio per certas classes collegit M. Jacobus Engelbrecht Pomeranus in Tabella suo Lexico Anno 1641. Rostochii typis exscripto, affixâ. Similes Terminationes unâ cum earum usu in Græcis ad eandem methodū, rogatu nonnullorum, quorum rogare agnosco imperare, exhibeo.

Sunt autem illæ Terminationes Devatorum vel Nominalium, vel Verbalium. Pronominum Derivata dantur in Grammaticis: reliquarum partium orationis sunt rarissima.

Terminationes Derivatorum Nomina-

minalium ſunt vel Nominum, vel Adverbiorum, vel Verborum.

Terminationes Nominum vel Subſtantivorum, vel Adjectivorum.

Subſtantivorum ortorum immediatè (paucorum etiam mediatè) à Radicibus vel Subſtantivis, vel Adjectivis.

Terminationes Derivatorum Nominalium *Subſtantivorum* ortorum *à Subſtantivis* commode dividi poſſūt in III. Claſſes: quarum

I. Continet eas, quæ rei per Radicem ſignificatæ denotant DIMINUTIONEM: ſuntq; apud Græcos uſitatiores.

ίδιον, ύδιον, είδιον· άδιον, άριον, άσιον· ίσκος, ίσκη, ίσκιον· ιον, ίλος, ίλλα, ύλλα, ύλλιον· ίννα ίχνη, ίχνιον, & ὶς *oxyt.*

II. Claſſis, quæ rei per Radicem ſignificatæ denotant LOCUM vel COPIAM, ubi ea creſcit, conſervatur, cuſtoditur, vel etiam perficitur: ſuntq;

ών,

ὠν, εὼν, ιὼν, εῖον, ιον, ία.

III. Classis, quæ rei per Radicem significatæ denotant ARTIFICEM h. e. eum, qui occupatus circa res Radicem significatas vel efficiendas; vel elaborandas. *it.* STATUM: suntq;

έτης, ίτης, ύτης, ώτης, ιος, ος, ίας.

Terminationes Dirivatorum Nominalium Nominum *Substantivorum* ortorum *ab Adjectivis* sunt

οσύνη, ωσύνη, ία, ότης, ύτης, εια antepenacuta, ύνη & ονή, significantes Radicum QUALITATEM, *it.* HABITUM.

Terminationes Derivatorum Nominalium *Adjectivorum* commode dividi possunt in III. Classes: quarú

I. Continet eas, quæ modum rei Radice significatæ per PROPRIETATEM, POSSESSIONEM, LOCUM, APTITUDI- & PROCLIVITATEM denotant: ac sunt αἴ-

αῖος, ειος, οῖος, ακὸς, ικὸς, υκος, ιος, ος.

II. MATERIAM: ινος, εος,

III. COPIAM, PLENITUDINEM, *it.* SIMILITUDINEM: ſuntq;

ώδης, ήεις, όεις, αρὸς, ερὸς, ηρὸς, υρὸς, ειν ὸς, ηλὸς, ίλος.

Terminationes Derivatorum Nominalium *Adverbiorum* ſunt

ως, ὶ, ήδιον, θι, αχȣ̃, θεν &c. vide infra pag. 167.

Terminationes Derivatorum Nominalium *Verborum* ſunt.

άω, έω, όω, άζω, ίζω, όζω, εύω, ύνω ſ. υμι, ήθω, τ]ω, αίνω.

Hæ ſunt Terminationes Derivatorũ Nominalium, ſeqvuntur *Verbalium*, quæ vel Subſtantivorum vel Adjectivorum,

Terminationes Derivatorum *Verbalium Subſtantivorum* commode dividi poſſunt in II. Claſſes; quarum *altera* continet eas, quæ ſui

Verbi

Verbi denotant ACTIONEM, OPUS, *it.* LOCUM in quo; INSTRUMENTUM quo actio sui Verbi perficitur: *altera* quæ rei per Verbum significatæ denotant ACTOREM.

I. Classis Terminationes sunt:

α, ις, εία, ία, η, ήθρον, ανος, ανον, εγν.

Quæ

Quæ significant

- ACTIONEM, OPUS, s. EFFECTUM, eorum terminationes sunt:
  - α præc. Characteristica μ. deducta à 1. præt. pass.
  - ις præced. Char. { ψ, ξ, σ } deducta à 2. præt. pass.
  - είω paroxyt. deducta à 1. præs. verbi εύω.
  - ος præc. Char.
    - μ Oxyt. deducta à 1. præt. pass.
    - Diversa. paroxyt. (paucis exceptis) deducta vel à præt. med. vel ab αορ. 2. act. pauca item à præsenti.
  - ία paroxyt. præc. Char.
    - σ à 2. præt. pass.
    - Diversa à præs. act. pauca item ab aor. 2. act.
  - η præc. Char.
    - μ ded. à 1. præt. pass. quorum μ si
      - Purum: paroxyt.
      - Impurum: oxyt.
    - Diversa: oxyt. ded. à præt. med. it. act. pauca item à 3. præt. pass. & præs. act.
- Quæ LOCUM h. e. in quo, INSTRUMENTUM h. e. quo actiones sui verbi peragũtur: eorum terminationes sunt:
  - ήριον à 3. præt. pass.
  - ανος, ανον à præt. med.
  - ρον à 3. præt. pass.

II. Classis Terminationes scilicet Derivatorum *Verbalium Substantivorum*, quæ τὸ *esse* Verbi denotant ACTOREM sunt:

ὴς } *oxyt.* } *præced. Char.* ⌉. *format. à 3. præt. pass.*
ὴρ } *parox.* }
ωρ

εὺς *oxyt. à præs. verbi* εύω.

ων *parox. præc. Char.* μ *à 1. præt. pass.*

ος *polys. proparox. à præt. med.*

Terminationes Derivatorum Verbalium *Adjectivorum* sunt:

ος *in* { *Simplic. oxyt.* / *Comp. proparox.* } *præc. Char.* τ. *format. à 3. præt. pass.*

ρος *oxyt. deducta à præs. it. aor. 2.*

ιμος *proparoxyt. præc. Char.* σ *à 2. præt. pass.*

ὴς *oxyt. à præs. ut plurimùm verbi* έω.

Significantq; modum τὸ *esse* Verbi ceu EFFECTUM, FORMAM, VOLUNTATEM vel PROCLIVITATEM.

Hæ sunt Terminationes; quibus quo

quo præfatum usum, imo & uberiorem ad oculos demonstraremus, ad manus sumpsimus Novi Testamenti Domini N. I. C. Græcas voces à Clarissimis Viris *Lubino & Pasore* singulari industriâ collectas, ponendo primùm RADICES, deinde DERIVATA, & quidem per recensitas Terminationum Classes collecta, postea COMPOSITA, deniq; ordine alphabetico INDICEM N. T. vocum, & aliarum quarundam, quæ in nostro libello explicantur.

Radices quod attinet, distribuimus eas in III. Classes, quarum I. assignavimus Substantiva & Adjectiva, II. Verba, III. Particulas indeclinabiles. His adjecta peregrina quædam: ut Hebraica, Syriaca, Latina &c. quæ ut Græca in N. T. leguntur.

Cum autem propositi nostri fuerit, non tam Vocabulorum Primigeniorum naturam, quam eorum cum

Deri-

Derivationis Terminationibus *Usum* perſequi relictâ illâ ἀκριβείᾳ, quam non nulli adhibere ſolent, non ſolum ad Claſſes Radicum retulimus vulgò quæ Radices habentur: ſed etiam ſtudio quædam, quæ Derivata agnoſcuntur, admiſcuimus: ut αγγεῖον, ἀλλότριος, δάμαλις, ἔδρα, ἐνγεὸς, ἴσως, νεοσσὸς, πλήρης, σαγήνη, σαργήνη, σκάνδαλον, σκληρὸς, σπατάλη, σπήλαιον, σπυρὶς, στέρα, στρεβλὸς, ὕμνος, ᾠδὴ, duobus aſteriſcis notata: partim ob ſignificationis Terminationum, quam præter vulgarem conſvetudinem obtinent, anomaliam; partim ob exiguam, quâ habent cum ſignificatione Radicis, convenientiam: *e g.* δάμαλις *juvenca à* δαμάω *domo*, νεοσσὸς *pullus, à* νεὸς *novus*, σπατάλη *delicia à* σπάω *traho*, σπυρὶς *corbis, à* πυρὸς *triticum*; partim etiam ob ſummam, quam à conſvetâ ratione Derivandi obtinent, discrepantiam *e g.* ἔννεις *mutus*. Extra

effatum Lexicographorum quis conjiceret, deduci hoc vocabulum ab ἄνω, cum nec unica litera Radicalis in illo reperiatur. Simile ferme judicium de vocibus σκληρὸς quam à σκέλλω, σωτήλαιον à σωτὸς &c. deduci volunt.

Quæ cum nimis longe tùm à significatione Radicis, tùm à consveto modo Derivandi recedant, parum adjumenti significatio Radicis memoriæ (quo primario hæc methodus respicit) ferret, quare, cum eodem labore, quo Radices, illa memoriæ infigenda duximus, etiam ejusmodi ocabula Radicum Classi annume- vimus.

Voces unico asteriſco notatæ, ut ἀγάπη, βοὴ, βοηθὸς, γάμος, δαπάνη, ἐγερήγορος, ἔρευνα, μάχη, σιωπὴ sunt, quæ à plurimis habentur Derivata, è contrario eorum verba ἀγαπάω, βοάω, βοηθέω, γαμέω, δαπανάω, ἐγερηγορέω, ἐρευνάω, μάχομαι, σιωπάω Radices.

dices. Ne autem ultra necessitatem Derivatorum Terminationibus plura Tempora, unde horum formatio penderet, adjiceremus, illa Radicibus; hæc vero Derivatis adscripsimus. In hoc autem nos peccasse non putabimus. Si enim ἀγάπη, δαπάνη, βοὴ, σιωπὴ· γάμος, ἐρήμορος Radices agnoscere error, numne idem πλάνη, παλάμη, αὐδὴ, βρυτὴ· κοσμος, λοίδορος &c. tales habere? si ἀγαπάω, δαπανάω, βοάω, σιωπάω· γαμέω, λοιδορέω necessario Radices, quare nec tales πλανάω, παλαμάω, αὐδάω, βρυτάω, κοσμέω, λοιδορέω, quæ tamen ex Lexicographis, aut aliis vix quisquam Radices agnoscit. Tantum de Radicibus nostri libelli.

Quod attinet DERIVATA & COMPOSITA, quo eò melius *Usus Radicum & Derivationis Terminationum* innotescceret, distribuimus illa per certas classes. In his primò seorsim leguntur Terminationes, quæ ad

datam classem spectant: post ordine alphabetico voces, quæ illis Terminationibus veniunt, diversis tamen typis: majusculis literæ Radicales, item in Derivatione mediatâ immediatè præcedentes Terminationem: minusculis ipsæ Terminationes in fronte cujuslibet classis recensitæ, unà cum numeris in fronte datarum Terminationũ, quibus ceu notis voces ejusdẽ Terminationis dabuntur: demum vera & immediata Derivatio, quomodo ordine vox à voce deducitur, donec ad Radicem pervenitur.

In vocabulorum per suas Classes distributione, si quando occurrant voces titulo Classis minime respondentes *e. g.* σύρτις, φωστὴρ τρυγὼν, θάνατος ad Class. Deriv. Verb. signif. Actorem, scias velim, amice lector, cum paucis illis peculiarem Classem constituere rem urgere minime duxerimus, nos illas & ob Genus Grãmati-

maticum, & Derivationis modum ratione Terminationis, cognatis Classibus inseruisse; minime vero eo formalitatem, quam cæteræ Classi insertæ habent, his adscribere intendisse.

INDICEM quod spectat, inscriptio, quæ circa hunc observanda, docebit.

Tantum de libelli nostri structura; sequitur ipse Radicum & Derivationis Terminationum Usus: qui est, quod horum sc. Radicum & Derivationis Terminationum beneficio sciamus *aliquot millium vocabulorum Derivatorum cognitionem brevi temporis spatio acquirere: veram & immediatam Derivationem instituere: Orthographice scribere: vocibus debito loco accentum tribuere: & demum, quare vocabulum aliquod Derivatum hanc vel illam habeat significationẽ, rationem reddere.*

Quod attinet, Radicum & Derivationis Terminationum beneficio

nos scire *brevi temporis spatio aliquot millium vocabulorum Derivatorum cognitionem acquirere :* non possumus, quin circa hoc singulare justitiæ divinæ, quam in confusione linguarum declaravit, temperamentum admiremur. Sacras literas edocti scimus, ab initio unicam tantum fuisse linguam: cum autem posteri Noachi cogitarent de ædificanda turri, cujus fastigium cœlum attingeret, quo dispersi forsan per terrarum orbem haberent, de quo gloriari possent, sibiq; immortale nomẽ apud posteros conciliarent, à Deo, quo eorum superbis conatibus obstaret, confusione linguarum, ut pœnâ haud vulgari, affecti sunt. Pœna dico haud vulgari, hâc scilicet linguarum confusione pœnas cum subierint, non solum qui dictam turrim ad cœlum usq; deducere conabantur, sed & tota posteritas. Postquam autem Deus T. O. M. miserrimum mundi statũ, qui ignoran-

rantiam linguarum ſubſequeretur, prævidit, in medio furore memor fuit ſuæ miſericordiæ, temperamentumq; ſuæ juſtitiæ conſpiciendum dedit, dum certis cœtibus hominum attribuit linguam à cæteris quidem diverſam, nullo modo autem confuſam, ſed ordine decenti & admirabili conſtructam, labili noſtræ memoriæ in acquirendis linguis ſubſidio quo veniret. Conſiſtit autem ordo in eo, quod pauciſſima vocabula in unaquaq; lingua fecerit θεματικὰ, reliqua autem ab his orta: quæ non niſi Terminationibus ſignificationes accidentales conſtituentibus ab iis diſcrepant. Unde cognitis Radicibus, ſive vocibus thematicis, ope Derivationis Terminationum cognita dantur & Derivata *e.g.*

Scripſimus ſupra in Linguâ Græcâ Terminationes ίδιον, ύδιον, άριον, άσιον, ίσκος, ίσκηιον &c. Derivatorum Nominalium Subſtantivorum deno-

tare Diminutionem Radicis. Sicuti jam, datâ Regulâ Grammaticâ *in A primæ Declinationis sunt Generis Fœminini*, cognita dătur omnia vocăbula, præter pauca, quæ excipiuntur, latinæ linguæ in A terminantia quoad *Genus*: ita hic, cognitis Radicibus (quarum cognitio semper præsupponitur) & enumeratis Terminationibus cognita dabuntur (præter pauca, quæ non sequuntur Analogiam) omnia Græcæ linguæ vocabula, quæ earum erunt Terminationum, quoad *significationem*. Hinc ex pāg. 84, 85, 86 si quærantur ex eo, qui præmissas Radices unà cum adjectis Terminationibus probe memoria tuebitur, significationes vocum βιβλίον, ἀρνίον, ἐρίφιον, ἰχθύιον, ἰχθυάριον, etiamsi nunquam audiverit has voces, nihilo minus respondebit illas latine reddi *libellus*, *agnellus*, *hœdulus*, *bestiola*, *filiola*, & quidem ex eo fundamento, quod *ιον* sit Terminatio significans

ficans *Diminutionem Radicis*. Idem judicium de reliquis huic Classi insertis, imo aliis Græcæ Linguæ vocibus, quæ harum erunt Terminationum.

Item: Terminationes ὠν, εών, ιών, ῶον &c. Derivatorum Nominalium Substantivorum denotare Locum seu Receptaculum, item Copiam, ubi crescit, conservatur, custoditur, vel etiam perficitur Res per Radicem significata. Quo dato, cognitæ simul dantur omnium Græcæ Linguæ vocabulorum Derivatorum Substantivorum, quæ harum erunt Terminationum, nativæ significationes. Hinc si ex pag. 89, 90, 91, quæratur ex eo, cujus memoriæ infixæ hærent præmissæ Radices & dictæ Terminationes, significatio vocum ἀμπελών, ἐλαιών, καιτών, κοπρών, respondebit, ών in Derivatis Nom. Subst. cum sit Terminatio significans Radicis Locum seu

Receptaculum &c. latine reddentur ἀμπελὼν *locus, ubi datur copia vitium, lat.* vinetum ἐλαιὼν *locus, ubi datur copia olearum, lat.* Olivetum: κοιτὼν *locus, ubi datur copia lectorum, lat.* cubile: κοπρὼν *locus, ubi datur copia ſtercoris, lat.* ſterquilinium, fimetum &c. Idem judicium de cæteris harum Terminationum Græcæ linguæ vocibus.

Item: Terminationes ότης, ία, οσύνη, ωσύνη, εια *antepenacuta* Derivatorum Nominalium ortorum ab Adjectivis denotare Radicis Qualitatem. Hinc ex pag. 139 & ſeqq. ſi quæratur, quid ἀγνότης, ἀφελότης, γυμνότης, ἰσότης, καινότης, κεφότης? item: quid δειλία ἐλαφεία, ἐλευθερία, ἡσυχία reſpondebit, has voces exponi *caſtitas, ſimplicitas, nuditas, æqualitas, novitas, levitas, ſurditas: item timiditas, levitas, libertas, tranquillitas:* ex eo fundamento, quod Terminatio ότης, ία in Derivatis Nominalibus

bus formatis ab Adjectivis denotet Radicis Qualitatem.

Similis ratio procedendi cum sit circa reliquas Classes, peculiari explicatione illas indigere non putamus.

Ex quibus constare ducimus, Terminationes nomine Compendii cognitionem vocabulorum Derivatorum acquirendi merito venire. Quis in Grammaticis præsertim Latinis dedignatur Terminationes nomine Compendii *Genus Nominis* investigandi, cum datâ una Terminatione dentur quoad *Genus* omnia totius linguæ ejusdem Terminationis vocabula: ita etiam idem cum præstent supra datæ Terminationes quoad vocum Derivatarum *significationem*, idem nomen jure vix quisquam ipsis derogare poterit.

Datæ Derivationis Terminationes quid ad veram Derivandi rationem, solidamq; Radicis investigationem

onem faciant, seqq. docebunt. Datur Derivatio alia mediata; alia immediata: illa statim recurrit ad vocem Primævam, neglectis illis, quibus ceu mediis eò pervenitur, e. g. ἐντυφιασὴς à θύω τω, φανέρωσις à φαίνω: hæc verò immediatè præcedentem vocem respiciendo à voce ad vocem, sive una, duæ, pluresve sint, progreditur, usq; dum datur Radix: e. g. ἐντυφιασὴς à 3. præt. pass. ἐντετυφίασαι verbi ἐντυφιάζω, quod à Nom. ἐντύφιος, compos. ex ἐν & inusit. simpl. τύφιος à ταφὴ, format. à præt. act. τέτυφα verbi θύω τω. Sic φανέρωσις à 2. præt. pass. πεφανέρωσαι verbi φανερόω, à Nom. φανερὸς, quod à φανὸς format. ab Aor. 2. ἔφανον, Verbi R. φαίνω. Mediata ni hàc, scilicet immediatâ, nitetur tanquam fundamento, in investigandâ Radice haud majori certitudine progredietur, ac cœcus in trajiciendo filium acui. Ad hanc autem Im-

mediatam rite instituendam ceu instrumentum faciunt supra datæ Derivationis Terminationes. Cum enim illarum aliæ sint Derivatorum Nominalium; aliæ verbalium: aliæ Substantivorum; aliæ Adjectivorum, acquælibet harum peculiarem agnoscat ortum, docemur, quodnam immediatè præcedens vocabulum: Nomen, an Verbum: Substantivum vel Adjectivum. Hinc ni studio deviare velimus, vix circa veram Radicis investigationem errare poterimus. Exemplo sit vocabulum ἐνταφιασμὸς, cujus Radix Derivationis Terminationum ope dabitur sequenti modo:

Terminatio ος in voce ἐνταφιασμὸς cum præcedentem habeat Characteristicam ταῦ, & oxytona, innuit hanc vocem esse Derivativum verbale, formatum à 3. præt. pass. (quæ datur præponendo augmentum præteriti, & term. in αι mutando

ἐντε-

ἐντεταφίαζαι, verbi (datur retrogradiendo consvetam formationem à Persona ad Personam, & Tempore ad Tempus e. g. ἐντεταφίαζαι, ἐντεταφίασαι ἐντεταφίασμαι, à Perf. Act. ἐντεταφίακα, Fut. 1. ἐνταφιάσω, Præsentis) ἐνταφιάζω. Quoniam autē vox ἐνταφιάζω nondum Radix, ulterius progredior, mutando ejus Terminationem ἀζω (terminationem Derivativi Nominalis) in ος, & dabitur ἐντάφι-ον, Compositum ex ἐν & τάφι-ον, à Substantivo (quod indicat Terminatio Derivativi Nominalis ιος) ταφή. Quæ vox cum nondum Radix, colligo ex Terminatione ή vocem ταφὴ esse Derivativum verbale, formatum ob Characteristicam φ à Præterito Activæ vocis (quod dabitur mutando Terminationem η in α, & præponendo augmentum Preteriti e. g.) τέταφα verbi θάπτω.

Sic vocis φανέρωσις immediata Deri-

Derivatio ope Derivationis Terminationum datur sequenti modo:

Terminatio ις præcedente Characteristica σ innuit hanc vocem esse Derivativum Verbale deductum à 2. præt. pass. πεφανέρωσαι verbi φανερόω, quod dum adhuc Derivativum, mutando Terminationem όω, (Terminationem Derivat. Nominalis) in ος datur immediatè præcedens vox φανερὸς quæ Derivativum Nominale, quod innuit, Terminatio ερὸς (Terminat. Derivat. Nominalis) formatum à Substantivo φανὸς *lucerna*, deducto ab aor. 2. ἔφανον verbi Radicis φαίνω in lucem edo, *it.* luceo.

Quæ vera & immediata Derivatio, neglectis Derivationis Terminationibus, an dari possit, dubitamus. Mediatæ autem Derivationi, ni hujus, scilicet immediatæ, nitatur fundamento, quid fidendum sit, quibus,

quid

quid Derivatio sit, constat, incognitum esse non potest.

Datæ Derivationis Terminationes unà cum Radicibus quid præstent in Orthographiâ, ex seqq. constabit.

Sciunt Viri Didactici unius cujusq; Radicis, uti etiam Ortorum, ratione ulterioris Derivationis, ultimam syllabam, si orditur à Consona, dividi in Terminationem & Characteristicam, quarum illa vel sola vocalis, si litera finalis; vel conjuncta cum Consona vel pluribus, si quæ seqvuntur: hæc vero litera sive Consona, sive vocalis immediatè prædictam præcedens Terminationem e.g. ἀνθρωπος, ἀξίνη, βαλάντιον, ubi ος, η, ον prædictarum vocum Terminationes, ω, ν, ι vero, ut literæ immediatè Terminationem præcedentes, Characteristicæ: sic dicta, eò quod sit nota constituens fines, ultra quos literæ Radicales ulteriori mutationi

tam

tam quoad Flexionem, quam Derivationem non subjectæ sunt; sed immutatæ manent.

Cum autem ad Characteristicam usq; (intellige in Nominibus ut plurimum Characteristicam Casus non primi sc. Nominativi, sed secundi, qui Genitivus, Græcè γεννητικὴ dicitur, eo quod vim generandi sc. Derivata habeat) Derivata sequantur scripturam suæ Radicis, facile quis videt, qui & Radicum & suprà datarum Derivationis Terminationum scripturam probe memoriæ impressit, scribendum esse e. g. non λυθόδης, μιελώης sed λιθώδης, μυελόεις, cum non όδης & ώεις, sed ώδης & όεις dentur Terminationes, item non λύθος, μιελὸς sed λίθος μυελὸς, Radices scribantur.

Sic scribendum esse non βαπθιστίριον vel βαπθιστθύριον sed βαπτιστήριον, cum non ίριον, nec ύριον sed ήριον sit Terminatio: item cum terminantia in ήριον sint Derivata ver-

balia, deducta à 3. præt. paſſ. ſcio ſcribendum eſſe non βαπτιθήσομαι ſed βαπτισήσομαι, cum τ, & non θ ſit Characteriſtica 3. præt. paſſ. Porro ſcribendum eſſe non βαπτιθήσιον ſed βαπτισήσιον, eo quod τ ſit Characteriſtica ſui verbi ſc. βαπτίζω format. à βαπτὸς quod à 3. præt. paſſ. βέβαπται ἐκ βάπτω. Idem judicium de cæteris.

Adminiculo ſuprà datarum Terminationum nos ſcire vocibus Derivatis (paucis exceptis) debito loco accentū ſive tonum, aſſignare, eum, qui præfatas accentu notatas Terminationes ad Grammaticorum regulas de tonis examinabit, negaturum non putamus. e. g. non ſcribendum eſſe ἀνθρώπισκος, ναύτιλος, ἀμπέλων, οἴνων, ἀλλάγη, γνώμη; ſed ἀνθρωπίσκος, ναυτίλος, eo quod terminantia in ισκος, ιλος ſignificantia *Diminutionem* ſint Paroxytona: item ἀμπελῶν οἰνῶν, cum Derivata Nominalia

nalia Subſtantiva in ων ſignificantia Radicis *Locum ſeu Receptaculum: item Copiam*, ſint Oxytona: item ἀλλαγὴ, γνώμη, eo quod Derivata Verbalia Subſtantiva in η orta à præt. med. ſint Oxytona, à præt. paſſ. vero, niſi pura, Paroxytona: uti ex ſuprà datis Derivationis Terminationibus accentu notatis videre eſt.

Derivatum aliquod (exceptis pautis, quæ non ſeqvuntur analogiam) quare hanc vel illam habeat ſignificationem neglectis Derivationis Terminationibus an quis rationem reddet, dubitamus: quod tamen ſuprà datis Terminationibus fieri poſſe confidimus: e. g. quare κρίσις exponatur judicatio, κριτήριον vero judicatorius, cum tamen ab eodem Tempore & Perſona deducantur; ſimili modo κριτὴς judex, κριτήριον vero inſtrumentum judicandi, id, ad quod reſpicientes judicamus, item locus ubi judicatur, tribunal, reſpon-

spondetur, quod Derivata Verbalia in ις à 2. præt. pass. sint Substantiva, & denotent sui Verbi Actionem; terminantia vero in μα Adjectiva, & significent modum τὸ esse sui Verbi ceu Effectum, Formam vel Proclivitatem. Derivata autem Verbalia in της à 3. præt pass. sui Verbi Actorem, in τήριον vero instrumentū *quo*, item τὸ cum *in quo* Actio sui verbi perficitur. Similiter de cæteris.

Tantus cum sit Derivationis Terminationum cum Radicibus usus, ac ex ipsa linguarū natura desumptus, minime ut inventum quoddam novum & otiosum, cujus cognitio exiguæ utilitatis, proclamandæ: sed ob prædictam utilitatem in usum revocandæ sunt. Has eruditus, cognitis Radicibus unà cum mediocri cognitione formationis Nominum & Verborum, ac paucis quibusdam Regulis Syntaxeos, quas lingua Græca peculiariter sibi vendicat, pro certo obtine-

tinemus, quod in Autorum lectione, quæ prora & puppis in studio linguarú habeatur, majores progressus spatio unius mensis, quam alter vix sex facturus sit. Rem ita se habere, qui periculũ faciet, experietur. Procedet autem sequenti modo: Postquam unà cum mediocri cognitione formationis Nominum & Verborum Discentes probe memoriæ mandarunt Radices vel nostri libelli ad intelligendũ N. T. vel Clarissimi Starkii ad reliqua Græcorum autorum scripta, aggredietur alteram partem nostri libelli ordine explicando Discipulis Terminos singularum Classium, quas dehinc illis aliquoties perlegendas, propter ab Analogia aberrantes voces, & imprimis compositas, tradet, earumq; vocum significationes deinde ab iis exiget, præmissà ad suprà datum modum explicatione primi usus Terminationum, quem habent in Derivatis.

Hoc

Hoc modo à capite ad calcem pertractato nostro libello, tribuet adhuc unam alteramve septimanam examini, interrogando discipulos jam ex hac, jam ex altera Classe vocum significationes, e. g. quid ἁγιωσύνη ℞ sanctitas. Quare? quia ωσυνη est Terminatio Nominalis Nominis Substantivi significans Qualitatem suæ Radicis sc. ἅγιος sanctus. Item quid ἀγάπησις? ℞ dilectio. Quare? ℞ quia ις præcedente σ est Terminatio Verbalis Nominis Substantivi significans sui verbi ἀγαπάω Actionem. Quomodo deducitur à suo verbo? ℞ à 2. præt. pass. (quod innnuit Characteristica σ pæcedens Terminationē ις) ἠγάπησαι, mutando augmentum η in nativam initialem thematis literam α, & Terminat. αι in ις verbi ἀγαπάω diligo ℞ ἀγάπη. item quid δειπνέω, ἴσως, ὀρᾴνιος προβάτιον ἀμπελὼν, λίθινος &c. et quare, unà cum immediata Derivatione. Non

autem

autem *latine*, quid catellus? ovicula? eo quod diversæ sint Terminationes unius Classis, quarum cum Radice combinatio non nisi ab usu autorum pendet: & tyro, qui de lectione autorum nondū gloriari potest, minime dicet, an dicendum περοβατίδιον, περοβατάριον περοβατίσκος an περοβάτιον, cum tam ἰδιον, ἀριον, ἰσκος quam ιον sint Terminationes significantes *Diminutionem*. Quibus ita peractis, si progressus fiet ad autorum lectionē, sine qua lingua aliqua minime comparabitur, nulli dubitamus, quin utilitas hujus methodi perspiciatur.

Sin autem quispiam inferret, pueros non esse capaces Titulorum Classium, ut quid *Diminutio, Materia, Copia, Qualitas &c.* respondetur iis, qui usitatos Terminos Grammaticorum abrogandos volunt, cum non bruta, sed ratione prædita erudiendi tradantur, adhibitâ debitâ explicatione, exemplorumq; quorum quælibet Classis sc. illustratione, illos Titulos horum captum non exsuperare, uti periculum qui faciet, experietur: illis vero, qui usitatos Terminos adhuc retinent, regeritur,

num etiam Regulæ Syntaxeos *Nomen Substantivum adsciscit Genitivum vel Ablativum, cum Formam vel Qualitatem alicujus describimus. it. Ablativo Casu efferuntur, quæ Causam, Instrumentum, Modum, Partem aut similem circumstantiam significant*, adhibitâ debitâ explicatione exsuperent captum puerorum? si id? quare ejusmodi Regulæ ipsis proponuntur: si non? quare dicti Classium Tituli, cum non novi, sed iidem, qui in consuetis Grammaticis reperiuntur, horum captum excederent.

Hæc sunt, Benevole Lector, quæ de Usu Radicum & Derivationis Terminationum hâc vice exhibere voluimus: cui nos satisfeciſſe optare quidem, sperare autem vix poterimus: in quibus nos à vero interdum aberrasse animadvertes, ut homo homini ignoſces, cum ad hæc exaranda prodierimus non pruritu libros conscribendi, sed cujus Deum Testem vocamus, pio canatu Studiosæ & Christianæ juventutis commodo inserviendi. Quæ si probabuntur, etiam *Plutarchi περὶ τῆς παιδαγωγίας, cum Isocrat. 3. Orat. uti & Hesiodi Soces* hâc methodo collectæ in lucem prodibunt. Vale amice Lector, nobisq; Studiosæ juventuti optime cupientibus fave.

PARS

PARS PRIMA

In qua distinctè sunt collocata

RADICUM

Græcæ linguæ, in N. T. quæ occurrunt, per singulas dictionum species distributarum

I. NOMINA SVBSTANTIVA ET ADJECTIVA.

II. VERBA.

III. PARTICVLÆ ET VOCES PARTIUM INDECLINABILIUM.

Quibus adjecta

IV. PEREGRINA QUÆdam, ut Hebraica, Syriaca, & Latina, quæ ut Græca in N. T. leguntur.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn787618861/phys_0051
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn787618861/phys_0052
DFG

I.

NOMINA SUBSTANTIVA ET ADJECTIVA.

A.

Ἀγαθὸς ἡ ὸν, bonus *it.* honestus, probus, *it.* fortis, strenuus. *it.* utilis.

* Ἀγάπης ἡ. Charitas, dilectio, benevolentia.

Ἀγγεῖον τὸ. Vas.

Ἀγέλης ἡ, armentum, grex.

Ἅγιος α ον, Sanctus.

Ἅγιον τὸ, *sacrarium, sanctuarium.*

Ἀγκὴς ἡ, Ulna.

ἀγκάλη, *idem.*

Ἄγκιστρον τὸ, hamus.

Ἄγκυρα ας ἡ, ancora.

Ἁγνὸς ἡ ὸν, castus, mundus, Sanctus.

Ἀγορὰ ᾶς ἡ, forum. *it.* oratio, *it.* annona

Ἄγυρις εως ἡ, cœtus.

Ἄγρα ας ἡ, captura.

Ἀγρὸς ῦ ὁ, ager. rus.

Ἀγὼν ῶνος ὁ certamen, *it.* ludi, *it.* periculum.

Ἀδελφὸς ῦ ὁ, frater,

it. adject. Similis, congruus.

Ἅδης ȣ ὁ, infernus.

Ἁδρὸς ὰ ὸν, abundans multus, *it.* crassus.

Ἀετὸς ȣ̃ ὁ, aquila.

Ἀὴρ ἀέρος ὁ, aer

Ἆθλος ȣ ὁ, certamen, conatus, *it.* labor, ærumna.

Ἀθρόος ȣ ὁ, confertus, coacervatus.

ἄθροος ȣ ὁ, *repentinus.*

Αἰγιαλὸς ȣ̃ ὁ, littus.

Αἰδὼς ὁ ȣ ἡ, pudor, reverentia, *it.* membrum genitale.

Αἷμα τος τὸ, Sanguis, *it.* consanguinitas, *it.* Genus, semen.

Αἶνος ȣ ὁ, Apologus. *it.* laus, encomium.

Αἴξ αἰγὸς ὁ ἡ, caper, a.

Αἶσχος εος τὸ, turpitudo.

Αἰτία ας ἡ, causa, ratio, *it.* culpa, crimen.

Αἴτιον ȣ τὸ, *idem.*

Αἰὼν ῶνος ὁ, ævum, æternitas. *it.* seculum, *it.* vita, tempus vitæ hominis.

Ἀκανθα ης ἡ, Spina.

Ἀκμὴ ῆς ἡ, cuspis, *it.* vigor ætatis, *it.* punctum occasionis, *it.* cujusque rei summum incrementum.

Ἀκό-

Ἀκόλουθος ὁ ἡ, pedisequus, a. it. Comes.

Ἀκριβὴς ὁ ἡ, diligens accuratus, exquisitus.

Ἄκρος α ον, summus supremus, extremus.

Ἀκρὶς ίδος ἡ, locusta.

Ἀλάβαστρον τὸ, alabaster.

Ἀλαζὼν όνος ὁ ἡ, jactator, arrogans.

Ἀλαλὴ ἡς ἡ, Vox militum ante pugnam.

Ἄλγος εος τὸ, dolor, molestia.

Ἀληθὴς έος ὁ ἡ, Verus.

Ἄλλος η ο, alius.

Ἀλλότριος α ον, alienus.

Ἀλλήλων, invicem.

Ἀλόη ης ἡ, aloë.

Ἅλς ἁλὸς ὁ, Sal.

Ἅλες ων τὰ, idem.

Ἅλς ἁλὸς ἡ, mare.

Ἅλυσις εως ἡ, Catena.

Ἀλώπηξ εκος ἡ, vulpes.

Ἅλως ω ἡ, area.

Ἄμπελος ου ἡ, vitis.

Ἄμμος ου ἡ, arena.

Ἀμνὸς ου ὁ, agnus.

Ἀμφω οῖν, ambo, æ.

Ἀνάγκη ης ἡ, necessitas.

Ἄνεμος ου ὁ, ventus.

Ἀνέψιος ου ὁ, consobrinus patruelis.

Ἄνηθον ου τὸ, anethú.

Ἀνὴρ ἀνδρὸς ὁ, vir.

Ἄνθος εος τὸ, flos.
Ἀθραξ κος ὁ, Carbo.
Ἄνθρωπος ὁ ἡ, homo.
Ἄντλος ὁ, sentina.
Ἀνώγεον τὸ, cænaculum.
Ἀξίνη ης ἡ, fecuris, dolabra.
Ἄξιος α ον, dignus.
Ἀπαλὸς ἡ ὸν, tener, mollis.
*Ἀπάτη ης ἡ, fraus.
Ἀπίλη ης ἡ, minæ.
Ἁπλόος ῆς ὁ Simplex, candidus.
Ἀρὰ ᾶς ἡ, damnum, noxa, it. imprecatio execratio, diræ.
Ἄργυρος ὁ, argentum.
Ἀρετὴ ῆς ἡ, virtus.
Ἄρθρον τὸ articulus.
Ἀριθμὸς ῦ ὁ, numerus.
Ἀριστερὸς ὰ ὸν, Sinister.
Ἄριστον τὸ, prandium.
Ἄρκτος ὁ ἡ, ursus, a.
*Ἅρμα τος τὸ currus
Ἀρὴν ὸς ὁ ἡ, agnus, a.
Ἀρὴν it. ἄρσην ενος ὁ, mas.
Ἀρτέμων ονος ὁ, artemon, velum navis majus.
Ἄρτιος ὁ ἡ, par, prop. de numero æqualis, it. integer, perfectus.
Ἄρτος ὁ, Panis.

Ἀρχὴ

Ἀρχὴ ης ἡ, principium, *it.* magistratus.

Ἄρωμα τος τὸ, aroma, odoramentum.

Ἀσελγὴς ὁ ἡ, petulans.

Ἀσκὸς ῦ ὁ, uter *ris*, *it. de homine obeso & vini gurgite.*

Ἄσμενος η ὁ, gaudens, lubens, volens.

Ἀσπὶς ίδος ἡ, parma *it.* serpentis genus.

Ἄστυ εος τὸ. Urbs.

Ἀστὴρ έρος ὁ, stella

Ἀτμὶς ίδος ἡ, Vapor.

Αὐγὴ ῆς ἡ, diluculum, splendor.

Αὐλὴ ῆς ἡ, atrium, aula.

Αὐλὶς ιδος, *idem it. tentorium, castra.*

Αὐλὸς ῦ ὁ, tibia.

Αὐθέντης ου ὁ, qui sibi ipsi violentas manus infert *it.* cædis autor, *it.* dominus, qui omnia pro arbitrio agit, autor.

Αὐστερὸς ὰ ὸν, austerus, severus.

Αὐτόματος η ον, Sponte agens.

Αὐτὸς ὴ ὸ ipse.

Αὐχμὸς ῦ ὁ, Siccitas *it.* squalor.

Ἀφελὴς ὁ ἡ, Simplex.

Ἀφρὸς ῦ ὁ, Spuma.

Ἀχλὺς ύος ἡ, caligo.

Ἄχυρον ου τὸ palea.

Ἀψινθος ου ὁ, absinthium.

B.

Βαθὺς εῖα ὺ, profundus.

Βάϊον ου τὸ, ramus palmæ arboris.

Βαλάνιον ου τὸ, crumena.

Βάρβαρος ου ὁ ἡ, barbarus, *it.* agrestis, inhumanus.

Βαρὺς εῖα ὺ. gravis.

Βάσανος ου ἡ, lapis lydius, *it.* tortura, *it.* probatio, exploratio.

Βάτος ου ἡ, batus, *genus mensuræ, it.* rubus.

Βάτραχος ου ὁ, rana.

Βέβαιος α ον, stabilis, firmus.

Βέβηλος ου ὁ ἡ, profanus.

Βέλος εος τὸ, telum, *it.* fulmen.

Βία ας ἡ, robur, vis, violentia.

Βίβλος ου ἡ, liber.

Βίος ου ὁ, vita, *it.* victus, annona, divitiæ.

*Βοὴ ῆς ἡ, clamor.

*Βοηθὸς ὸν ὁ, auxiliator.

Βόθρος ου ὁ, fovea. βοθυ idem.

Βόρβορος ου ὁ, cœnum, limus.

Βορ-

Βορρᾶς ᾶ, boreas, aquilo.

Βοτάνη ης ἡ, herba.

Βότρυς υος ὁ, botrus, uva.

Βουλὴ ῆς ἡ, consilium, decretum, *it.* consultatio.

Βουνὸς οῦ ὁ, collis, clivus, tumulus.

Βοῦς οὸς ὁ ἡ, bos, vacca.

Βραδὺς εῖα ύ, tardus, stupidus.

Βραχίων ονος ὁ, brachium.

Βραχὺς εῖα ύ, brevis. *it.* parvus, exiguus.

Βρέφος ε τὸ, infans.

Βροντὴ ῆς ἡ, tonitru.

Βρόχος ὁ, restis.

Βυθὸς οῦ ὁ, ima pars, fundum, imus gurges.

Βύρσα ης ἡ, corium, pellis.

Βύσσος ου ἡ, *lini pretiosissimi genus apud Indos*, byssus.

Βωμὸς οῦ ὁ, basis, *it.* ara.

Γ.

Γάγγραινα ης ἡ, gangræna.

Γάζα ης ἡ, gaza, divitiæ.

Γάλα ακτος τὸ, lac.

Γαλήνη ης ἡ, tranquillitas maris, serenitas.

Γαμβρὸς οῦ ὁ, gener, socer, uxoris frater,

ter, sororis maritus.

*Γάμος ȣ ὁ, nuptiæ

Γαστὴρ έρος, *contr.* στρὸς ἡ, uterus,, venter, *it.* helluo.

Γείτων ονος ὁ ἡ, Vicinus. a.

Γέεννα ης ἡ, gehenna.

Γέλως ωτος ὁ, risus.

Γέρων οντος ὁ, senex.

Γῆ γῆς ἡ, terra, regio, territorium.

Γῆρας ατος τὸ, senectus.

Γλυκὺς εῖα ὺ, dulcis.

Γλῶσσα ης ἡ, lingua.

Γνόφος ȣ ὁ, tenebræ.

Γόης ητος ὁ, incantator, præstigiator, *qui præstigiis, aliisq; malis artibus imponit, it.* quivis impostor.

Γόνυ ατος τὸ, genu.

Γραῖα ας Attic. γραῦς γραὸς, ἡ. anus.

Γυμνὸς ὴ ὸν, nudus, *it.* inermis.

Γυνὴ αικὸς ἡ, mulier, uxor.

Γωνία ας ἡ, angulus.

Δ.

Δαίμων ονος ὁ ἡ, dæmon.

Δάκρυ υος τὸ, lacryma.

δάκρυον, *idem.*

Δάκτυλος ȣ ὁ, digitus.

Δά-

*Δάμαλις εως ἡ, juvenca.

Δάνος εος τὸ, donum, *it.* mutuum.

δάνειον, *æs alienum, mutuum.*

*Δαπάνη ης ἡ, Sumptus.

Δάπεδον ου τὸ, pavimentum.

Δειλὸς ἡ ὸν, timidus.

Δεῖνα ὁ ἡ τὸ, quidam.

Δεινὸς ἡ ὸν, terribilis.

Δεῖπνον ου τὸ, cæna.

Δέκα, decem.

Δέλεαρ ατος τὸ, esca.

Δένδρον ου τὸ arbor.

Δεξιὸς ά ὸν, dexter.

Δεύτερος α ον, secundus.

Δῆλος η ον, manifestus.

Δῆμος ου ὁ, populus.

Δίδυμος ὁ ἡ, geminus.

Δίκη ης ἡ, justitia, jus, pœna, judicium, causa, actio, lis.

Δίκτιον ου τὸ, rete.

Διπλόος οῦς, όη ῆ, όον οῦν, duplus *it.* versipellis.

Δίψα ης ἡ, sitis.

Λοκὸς οῦ ἡ, trabs.

Δόλος ου ὁ, dolus.

Δοῦλος ου ὁ, servus.

δουλη ης ἡ, *serva.*

Δράκων οντος ὁ, draco.

Δραχμὴ ῆς ἡ, drachma.
Δύω, duo.
Δῶρον ου τό, munus.
δωρεὰ ᾶς ἡ, idem.

E.

Ἐγγύη ης ἡ, Sponsio.
*Ἐγρήγορος ου ὁ, vigil.
Ἐγω, ego.
Ἔδαφος ους τὸ, solum.
*Ἕδρα ας ἡ, sella, it. podex, it. basis, it. firmitas, stabilitas.
Ἔθνος ους τὸ gens, familia.
Ἔθος ους τὸ, mos, consvetuto.
Εἴκοσι, viginti.
Εἰρήνη ης ἡ, pax.
Ἔιρος ου τὸ, lana.
Εἷς μία ἕν, unus, a. um.
Ἕκας η ον, unusquisque.
Ἑκατὸν, centum.
Ἐκεῖνος η ο, ille.
Ἑκὼν όντος ὁ, volens
Ἐλαία ας ἡ, olea arb.
ἔλαιον τὸ, oleum fr.
Ἐλαχὺς, parvus, it. vilis, pauper.
Ἐλαφρὸς ὰ ὸν, levis, celer instar cervi.
Ἔλεος έους τὸ, & έως ὁ, misericordia, it. stips.

Ἐλέ-

Ἐλεύθερος α ον, liber.

Ἐλέφας αντος ὁ, elephas, *it.* ebur, *it.* morbi genus.

Ἕλκος εος τὸ, ulcus.

Ἕλλην ηνος, græcus.

Ἑλληνὶς ίδος ἡ, *græca.*

Ἐλπὶς ίδος ἡ, ſpes.

Ἐνιαυτὸς ὃ ὁ, annus.

*Ἔννεος ὃ ὁ, mutus, attonitus.

Ἐννέα, novem.

Ἕξ, ſex.

Ἑορτὴ ῆς ἡ, feſtum.

Ἐπίκουρος ὁ ἡ, prop. qui ſuppetias fert iis, qui bello premuntur, *it.* quivis auxiliator.

Ἐπιτηδὲς ὁ ἡ, idoneus, aptus.

Ἑπτὰ, ſeptem.

Ἔρα ας ἡ, terra.

Ἔργον ὃ τὸ, opus, factum, officium.

*Ἐρευνα ης ἡ, ſcrutinium.

Ἔρημος ὁ ἡ, ſolitarius, ſolus, deſertus, *it. ſubſt.* eremus.

Ἔρις ίδος ἡ, contentio.

Ἔριφος ὁ ἡ, hœdus.

Ἕσπερος ὁ, Vesper, *it.* Hesperus *Veneris stella.*

ἑσπέρα ας ἡ, *Vespera.*

Ἔσχατος η ον, extremus, ultimus.

Ἑταῖρος ὁ, sodalis, socius, *it.* amicus.

Ἕτερος α ον, alius.

Ἕτοιμος η ον, paratus.

Ἔτος εος τὸ, annus.

Εὐδία ας ἡ, serenitas aëris.

Εὖς ἐός, bonus.

Εὐθὺς εῖα ὺ, rectus, planus, *it.* apertus.

Εὐωχία ας ἡ, convivium.

Ἔχις ιος ἡ, Vipera.

Ἔχιδνα, *idem.*

Ἐχυρὸς ὰ ὸν, munitus.

ἐχυρὸν, *pignus.*

Z.

Ζῆλος ὁ, æmulatio, *h. e. studium, quo rapimur ad virtutes aliorum æquandas vel superandas, it.* invidia.

Ζημία ας ἡ, jactura, damnũ, *it.* mulcta, pœna.

Ζιζάνιον ὸ τὸ, Zizanium.

Ζόφος ὁ, caligo.

Ζύμη ης ἡ, fermentum.

H.

H.

Ἡδὺς εῖα ὺ, dulcis, ſuavis, *it.* lætus.

Ἦθος εος τὸ, mores, ingenium, morum proprietas.

Ἡλίκος ηον, quantus, *citra interrogationem, at præfixo* π πηλίκος, *cum interrogatione.*

Ἥλιος ου ὁ, Sol.

Ἡμέρα ας ἡ, dies.

Ἥμερος ου ὁ, manſvetus.

Ἥμισυς, εια υ, dimidius.

Ἠνεκὴς έος ὁ ἡ, perpetuus, continuus.

Ἤπιος ου ὁ ἡ, placidus, benignus.

Ἤρεμος ου ὁ, quietus, tranquillus.

Ἥσυχος & ἡσύχιος, ου ὁ ἡ, quietus, tranquillus.

Ἥσσων vel ἥττων, *attic.* ονος ὁ ἡ, minor.

Ἦχος ου ὁ, ſonus, *it.* rumor.

Θ.

Θάλασσα ης ἡ, mare.

Θάμβος εος τὸ, ſtupor, attonita admiratio.

Θάρσος εος τὸ, & *per metatheſin,* θράσος, audacia,

cia, fiducia.

θάῤῥος εος, *idem.*

*Θαῦμα τος τὸ, admiratio, *it.* miraculum.

Θέμηλον ȣ τὸ, fundamentum.

θεμέλιος, & θεμέλιον, *idem.*

Θέμις ιστος, vel ιδος ἡ, lex, *it.* jus, fas.

Θεὸς ȣ̃ ὁ, Deus.

Θεράπων οντος ὁ, famulus.

Θέρος εος τὸ, æstas, *it.* messis.

Θεσμὸς ȣ̃ ὁ, lex, sanctio, mos vetus.

Θεωρὸς ȣ̃ ὁ, spectator.

Θηλὴ ῆς ἡ, mamma, papilla, *it.* fœmina.

Θὴρ ὸς ὁ, fera, bestia.

Θησαυρὸς ȣ̃ ὁ, thesaurus.

Θὶν & θὶς ινὸς ὁ ἡ, littus, *it.* acervus.

Θόριβος ȣ ὁ, tumultus.

Θρῆνος ȣ ὁ, lamentatio.

Θρῆσκος ȣ ὁ, religiosus.

Θρίαμβος ȣ ὁ, triumphus.

Θρὶξ τριχὸς ἡ, pilus.

Θρόμβος ȣ ὁ, grumus.

Θρόνος ȣ ὁ, thronus.

Θυ-

Θυγάτηρ τέρος & τρὸς, filia.

Θυέλλα ης ἡ, procella.

Θυμὸς ῦ ὁ, animus, mens, *it.* iracundia.

Θύρα ας ἡ, janua.

θυρὶς ίδος ἡ, *idem. it.* fenestra.

Θυρεὸς ῦ ὁ, Clypeus.

Θωὴ ῆς ἡ, mulcta, damnum.

Θώραξ κος ὁ, thorax, pectus.

I.

Ἴασπις ιδος ἡ, Iaspis, *gemmæ genus.*

Ἴδιος α ον, proprius, *it.* privatus.

Ἱδρὼς ῶτος ὁ, sudor. *it.* labor.

Ἱερὸς ὰ ὸν, sacer.

ἱερὸν *sc.* δῶμα, *sacræ ædes, Templum.*

Ἱκανὸς ὴ ὸν, idoneus, *it.* sufficiens, *it.* multus, *it.* dignus.

Ἱκέτης ου ὁ, supplex.

Ἱκμὰς άδος ἡ, humor.

Ἱμὰς άντος ὁ, lorum, corrigia.

Ἰὸς ῦ ὁ, Sagitta, jaculum, *it.* rubigo, *it.* venenum.

*Ἴστωρ ορος ὁ ἡ, sciens peritus, *it.* testis.

Ἵστω-

Ἵππος ὁ ἡ, equus, a.

Ἴσος vel ἶσος ὁ, æqualis, par. *it.* conveniens.

Ἰσχύς ἡ, robur.

Ἰχθύς ὁ, piscis.

Ἴχνος τὸ, vestigium.

K.

Καινὸς ἡ ὸν, novus.

Καιρὸς ὁ, occasio, temporis opportunitas.

Κακὸς ἡ ὸν, malus, noxius.

Κάλαμος ὁ, arundo.

καλάμη ης ἡ, *stipula.*

Καλὸς ἡ ὸν, pulcher, præclarus, *it.* bonus.

Κάμηλος ὁ ἡ, camelus.

Κάμινος ὁ ἡ, fornax, caminus.

Κανὼν όνος ὁ, regula, norma, mensura.

Κάπηλος ὁ, caupo, propóla, *it.* institor.

Καπνὸς ὁ, fumus.

Καρδία ας ἡ, Cor. *it.* animus, hominis

Κάρηνον & κράνον, τὸ, caput.

κρᾶνα, *idem.*

κάρη, *ind. idem.*

Καρπὸς ὁ, fructus.

Κάρφος τὸ, festuca.

*Καύχησις ἡ, gloriatio.

Κειρίαι & κηρίαι ων αἱ, fas-

fasciæ ſepulchrales.

Κενὸς ἡ ὸν, vacuus, inanis.

Κέραμος ὁ, terra ſigularis *per met. mat.* tegula. *it.* carcer

Κέρας ατος τὸ, cornu.

Κέρδος εος τὸ, lucrum, *it.* aſtutia.

κεφαλὶς. *idem. it. apex, punctulum.*

Κέρμα τος τὸ, numus.

Κεφαλὴ ῆς ἡ, caput.

Κῆπος ὁ, hortus.

Κηρὸς ὁ, cera.

Κῆτος εος τὸ, Cetus, balæna.

Κιβωτὸς ὁ ἡ, arca.

Κιθάρα ας ἡ, Citharа.

Κινδυνος ὁ, periculum.

Κλάδος ὁ, ramus.

Κλήματος τὸ, palmes.

Κλῆρος ὁ, ſors.

Κλίβανος ὁ, clibanus.

Κοιλία ας ἡ, venter, uterus.

Κοινὸς ἡ ὸν, communis, *it.* pollutus, impurus.

Κοίτης ης ἡ, & κοῖτος ὁ, cubile, *item.* concubitus, *it. metonymice* proles, *per concubitum concepta à muliere.*

Κόκκος ὁ, granũ, Coccus, *granum quod ad purpuram tingen-*

tingendam adhibetur.

Κόλαξ ακος ὁ, adulator, parasitus.

Κόλλα ης ἡ, gluten.

Κολλύριον ου τὸ, collyrium.

Κόλυβος ου ὁ, numulus, *it.* grandioris monetæ per numulos permutatio.

Κολοβὸς ὴ ὸ ἡ, mancus, mutilus.

Κόλον ου τὸ, cibus.

Κόλπος ου ὁ, sinus, gremium.

Κόμπος ου ὁ, crepitus: *prop. apri dentes acuentis, it.* vana jactantia, *it.* nodus.

κόμβος, *idem.*

Κόμη ης ἡ, coma, capillus.

Κομψὸς ὴ ὸν, scitus, elegans, lepidus, urbanus.

Κόνις εως ἡ, pulvis, *it.* calx.

κονία, *idem.*

Κόπρος ου ἡ, stercus, fimus.

Κόραξ ακος ὁ, corvus.

*Κόρος ου ὁ, scopæ, *is.* puer, *it.* satietas, *it.* Corus *nomen mensuræ aridorum.*

Κόσμος ου ὁ, ornatus, *it.* mundus, *it.* ordo.

Κοῦφος η ον, levis.

Κόφι-

Κόφινος ὁ, corbis.

Κράββατος & κράβατος ὁ grabatus.

Κραμπάλης ἡ, crapula.

Κράτος τὸ, robur.

Κρέας ατος τὸ, caro.

Κρημνὸς ὁ, precipitium.

Κριθὴ ῆς ἡ, hordeum.

Κρίνον τὸ, lilium.

Κρύσταλλος ὁ, glacies, it. crystallus.

Κτῆνος τὸ, jumentum.

Κύβος ὁ, tessera.

Κύκλος ὁ, circulus,

Κυλλὸς ἡ ὸν, mancus claudus.

Κῦμα τος τὸ, fluctus.

Κύμβαλον τὸ, cymbalum.

Κύμινον τὸ, cuminum.

Κῦρος ος τὸ, autoritas, it. approbatio, it. caput & cardo rei.

Κύων κυνὸς ὁ ἡ, canis.

Κῶλον τὸ, membrum.

Κώμη ης ἡ, pagus, vicus, villa, castellum.

Κῶ-

Κῶμος ὁ, Bacchus, *it.* commessatio.

Κώνωψ ωπος ὁ ἡ, culex.

Κωφὸς ἡ ὸν, mutus, *it.* surdus.

Λ.

Λάιλαψ απος ἡ, turbo.

Λαὸς ὁ, populus.

Λάρυγξ υγγος ὁ, guttur.

Λάτρις ιος ὁ ἡ, mercenarius. *it.* servus.

Λάχανον τὸ, olus.

Λεῖος α ον, planus, glaber

Λεία ας ἡ præda, *it.* Λῆϊς *poet.*

Λέπρα ας ἡ, lepra.

Λεπτὸς ἡ ὸν, tenuis. λεπτὸν τὸ, *genus quoddam minuti numi.*

Λευκὸς ἡ ὸν, albus, candidus.

Λέων οντος ὁ, leo.

Ληνὸς ὁ ἡ, torcular. *it.* lacus preli torcularii, ubi uvæ prelo exprimuntur.

Λῆρος ὁ, & λῆρος nugæ.

